



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Nequitiae frænum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

Ad verbum à Plin. li. 13. ca. 11.

quia locus in quo consisteret, sanctus esset; hoc est, ut indicia mortalitatis, quæ in pelliceis calcibus designantur, abjiceret. Quantum vero ad papyracea Aegyptiorum calcamenta pertinet, nominatim nihil aliud inde quaesitum autumant, quam puritatis argumentum, Nam eadem de causa papyra nostra indumenta ex lino Sacerdotibus imperavit, in quibus omnium fere gentium & nationum consensus fuit: & eo vestis genere Apollonius Tyaneus semper usus est, quoniam illa vestis purior & syncerior videtur, quam vestes ex lanarum aut vellerum pollutione contextæ. Papyrus autem non tantum calcibus conficiendis comoda, verum & ad multa utensilia vasorum aptissima; quoniam ad navigia texenda, velaque & tegetes, nec non vestem stragulam, ad funes è libro conficiendos: & nulla denique herba sit, quæ tot & tam varijs modis humano consulat usui, & majores pluresque afferat utilitates.

DE FABAE. CAP. V.

Hæc & sequentia ex parvum. Ch. 1. cen. A faba abstinento.

Faba Aegyptiis instar venerandi numinis fuit, tantæ religionis, ut eam neque sererent, neque comederent, quin etiam aspicere vererentur, quod Theon Grammaticus apud Plutarchum in Symposiaco positi facit enarrat, & alii plerique tradidere.

IMPROFANABILE NUMEN. CAP. VI.

Per eam velo coopertam improfanabile numen intelligi volebant: quamvis Herodotus vulgi opinionem secutus, id ea de causa factitari solitum dicat, quod impurum adeo legumen id existimarent, ut non tactu gustuque tantum, verum etiam visu profanum haberetur.

FUNUS LUCTUSVE. CAP. VII.

Pythagora opinio. D. Laertius in Pythagora.

Nam & apud Romanos fama inter funesta recensebatur, neque Diis fas erat eam tangere, neque quidem nominare, putabantque omnino ad mortuos pertinere: nam & lemarallibus jaciebant larvis, & parentalibus adhibebatur sacrificiis: in flore enim ejus luctus quædam inesse licet videtur, ut Festus Pompejus attestatur: & quod ad parentalia pertinet, fabacium epulum in fune, alibus ad nostra usque tempora perseverat. Sane Varro ea de causa Flamincm ait ea non velci, quod in ejus flore licet illæ luctus indices inveniantur. Aliorum fuit opinio, mortuorum animas in fabis habitare: inde Pythagoras cum percussores fugeret, & in arvum fabis constitum incidisset, qua curus ei dabatur exitus, si se in eam segetem immisisset, ab inimicis potius trucidari, quam fabas animarum conceptacula conculare maluit.

NEQUITIÆ FRÆNUM. CAP. VIII.

Sunt qui fabam eam velo coopertam nihil aliud sibi velle disputent quam amovendas à manibus oculisque nostris omnes nequitie causas, ut castiorem agamus vitam: eosque spectare Pythagoricum præceptum, ut à fabulo abstinemus, quam sententiam Empedocles ita pronunciauit:

Δειλοί πῦρ δεξιῶν ἐνὶ χερσὶν ἀπὸ φαέων ἰδίδωμι.  
Ab miseris à fabulo miseris seductis dextris.

Faba pro infirmitate. D. Laertius de hoc nihil.

Cyamom vero, ut inquit Gellius, multi Fabam intelligi voluerunt, peritiores tamen pro testiculis accipiunt, quos ita aperte ac symbolicè Pythagoras appellavit: quia scilicet fabæ mollitudine sua, & ingenita quadam tumoris efficacia, humanæ genituræ viros suggerant, atque insuper facilitatæ sint corruptionis, & denique testiculis ipsis forma quam simillima. Idcirco Empedoclem versus illo non à fabulo edendo, sed à rei Venereæ proluvio voluisse homines avertere, quibus velati animi cigæculis liberati, possimus ingenio expeditiorem navare operam.

NEGOTIA PUBLICA DECLINANDA. CAP. IX.

Hinc de avaritia pro his togam valent.

Sed enim Plutarchus commentario de Liberis instituendis, Aristotelem secutus, abstinendum esse hoc monet à tractandis Reipublicæ muneribus, quod in creandis magistratibus fabæ calculorum vice usui essent: quem morem plerique adhuc civitates obtinent, Romani calculis usi videntur, utque

